affectu. Horunt ergo boni custodes cui parcant ab oneribus ⁊ actionum angustijs molestijsq; vt expeditius in occursũ amplexumq; properet verbi. cui pallium persuasionibus auferant suis. Exui me (inquit) tunica mea. Hoc quidem in anterioribus dicit. Tulerunt pallium meum nude ⁊ pure simplicitatis innotescit et libero affectu in amoris negocijs tulerunt pallium meum. Quodammodo dicẽtes. Quid compedita curis queris dilectuz? Quid istas tecum voluis molestias? Si non penitus deponis officium: cur non sollicitudines ad horam saltem seponis? Non detractamus studijs: sed instãtie volumus detrahas. Noli nimietatem questus: necessitatis verbo retexere. Quid bonum in te sinis ingenium terrenis obrui? Quid illos emularis? In oneribus positi/iumentis comparantur. terrenis inhiant. terrena mandunt. studio ruminãt. vorant affectu. ponuntur in sublimi. sed volutantur in limo. Noli emulari in istis vehementibus/nec zelaueris hanc faciẽtes iniquitatem. An non iniquitas ⁊ inequalitas multa: ad transitoria intensuz impẽdere animum/ad eterna remissum? Quidq; non semper intendunt negocijs? Quidq; quidam sub obtentu prouidentie necessitatis ⁊ ab opere manuum ⁊ a meditatione scrutande veritatis excusant se studio. plus dant negociationi q̃ quieti. plꝰ scurilitati verborum q̃ scripture sacre collationi. plus ocio q̃ operi. fratrum officinas circumeunt ⁊ cellas ociose. curiose. verbose. Noli emulari in sic negociantibus: nec in sic ociantibus. Ocia vel oblata vel parata in vsum amoris: in sapientie meditationem: in dilecti vel querendi studiũ vel inueniendi complexum tota conuerte huiusmodi ⁊ his hortamentis. Tulerũt pallium meum custodes murorum. Custodes isti sunt de quibus ait Isaias. Super muros hierusalem custodes cõstituit. tota die ⁊ tota nocte non tacebunt. Sed nos iam hic taceamus a sermone hoc: orationum ⁊ laudum debita soluentes: ore aliquando taciturí: animo semper reddẽtes solennia laudum domino Jhesu regi ⁊ sponso celesti per infinita secula seculorũ Amen.

Sermo. xlv.

Ordo conueniens.

Post exhortationem doctorum: orationum a sodalibus suffragia videtur orare. non simplicit' rogare/sed cum obtestationis obsecratione. Adiuro vos filie hierusalem: si inueneritis dilectum: vt annuncietis ei. quia amore langueo. Adiuratio vehementiam precandi manifestat. Anxia vota suis nesciunt esse contenta meritis. ideo alienis precis mendicant suffragia. Perfecta humilitas de meritis semper alienis presumit. Adiuro vos (inquit) filie hierusalem: si inueneritis dilectum. Conditio ista nõ dubitantis est. sed cum temperamento rogãtis. ac si dicat. si inueneritis. conditionaliter suspendo: non ambigens de inuentione vestra: sed magis consulens verecũdie. Nam sub conditione ancipiti hec vobis dici temperantius auditis: q̃ si dicatur p̃cise. cum inueneritis. Non veretur ne suspensiuam rogationem ad iniuriam trahant. nouit verecundiam filiarum hierusalem. nouit humilem spiritum. ⁊ q; tenerent pudorem. Plus lederet precisa diffinitio q̃ suspensa conditio. Si (inquit) inueneritis. Dico. si inueneritis. nõ dico cũ inueneritis. Illud dico: sed istud intelligo. De meo affectu dubitatio ista nõ prodit: sed affectui vestro ⁊ humilissime existimationi de vobisipsis morem gero. Si inueneritis. hoc est. cum inueneritis: mementote mei. cum bene vobis fuerit: tũc mementote mei: vt suggeratis. vt annuncietis dilecto. Non oportet in huius loci disputatiõe morari. ad mores vestros fratres vos mitto. Recolite qualiter ab inuicem q̃ humili affectu quanta votoruz instantia ⁊ cum adiuratione: orationũ mendicatis solatia / non q; omnes audereis petere nunciare de vobisq; sitis amore lãguentes. Alium soletis inuicem languorem deplorare: non gloriari de isto. Et si potest quis ad horam gloriari: non expedit q̃dem: ne forte immissione inanis glorie: gloria vestra nihil sit. Sunt tamen nõ nulli qui conuersatõnis iudicio ⁊ oris officio diuini in se languorez amoris occultare non possunt. Concepta nõ potest nõ

aliquando amantis os parturire. Nam ad aliorum consolationem verbum latē/ter elicit spiritus interiora replens: infu/se gratie copiam eructat. Deniq; ⁊ in hoc loco sponsa non loquitur/sed spiritus est qui loquitur in illa. In collationib; san/ctis suspiria. singultus. de imis prodeun tes precordijs crebri gemitus: nonne sūt quedam eructationes spiritus ⁊ conce/pte gratie? Talibus indicijs nonne se ꝓ/dit languor amoris? Non est occultatus languor quando gemitus non est abscō ditus. Ipse se prodit languor: cum hec producit indicia. Quid ergo percepta si gna? nonne quandam admiratiōis vim habent: vt eos qui hec deprehendunt ad congratulationis promoueant affectuz Etiam si sermo sileat: conuersatōnis pie sanctitas rogat. Commendari vult duz se quibusdam prodit indicijs. Quid eī? Cum aliquando celestem hunc reprehē dero amorem. Nonne habebo quasi ad iuratum puteum: vt propensas pro eo gratias agam? Non commendabo pre/cibus pijs conceptum languorem: quez gemitus altus prodit. Durus ego si nō tam sanctam ⁊ diuinam in fratribus pas sionem qua possum orationis instantia foueam: supplicatione commendem: re/plicem ⁊ annunciem dilecto si copia de/tur. Quid tu qui fratruz mauis vicia nu merare q̄ virtutes. damna q̄ dona. con/demnare q̄ commendare? Si te ad cō/mendationem adiuratum non sentias: non es iam hierusalem filia: sed filia Ba bylonis. Filia babylonis misera: quis retribuet tibi retributionem? tetribuetur enim tibi. Desine ī sanctis numerare ma gis detrimenta q̄ lucra. Sufficiat tibi ī iuriandi malicia. Noli saltem foris nun ciare. noli predicare sodalibus tuis. Naz sodales sponsi aurem non accommodāt si deroges sponse. Ipse sponsus egre au dit iniurias dilecte. Cuicunq; dicis: illis dicis. Auris enim zeli audit omnia. Te merarium est dilectam commendare di/lecto. Bona sibi mauult nunciari ꝺ spō sa. ideo dicit. Adiuro vos filie hierusalē/si inueneritis dilectum vt annuncietis ei quia amore langueo. Ut annunciet (in/quit). Annunciatio precationis tenet ef fectum. Humanuz p̄cogitate morem in rogando. Nam apud miseratorem: ali/cuius commemorare miseriaz: ipsum ro gare est Efficax precatio est: modesta sug gestio. oppressi infirma exponere. fortu/ne infelicitatem. insolentiam hostium. Hec (inquam) exponere in aure poten/tis/quid aliud est q̄ ipsum verecunda q̄ dam prece ad auxiliandum inflectere. Quot in locis apud psalmistam hunc precis modum inuenies? In euangelio inquit Maria ad Ihesum. Vinuz non habent. Non precatur dominuz: nec im/perat filio: defectum vini tantum nunci/asse contenta. Cum beneficis ⁊ ad libe/ralitatem propensis ita agenduz est. Nō est enim gratia violenter exprimenda/ sz proponenda occasio. Commenda spon sam sponso. dotes eius enumera. Non/ne hoc est ad eius concupiscentiam sti/mulos adhibere? Nūciate dilecto. Hoc nunciare ipsum prouocare est ad repen/dendam vicem: ad refocillandum amo/rem languentem. Ipse consolationes di sponit in corde suo: sed nostris expectat precibus compelli. Quod facit: faciet ci tius vobis pulsantibus: fortasse ⁊ vbe/rius. Dilatio hec cruciatum mihi parit sed consolationis parturit cumulum. Multiplicatis precibus: expectata so/latia vberius refundet. Nunciate dile/cto/quia amore langueo. Vos nuncia/te quibus patet ad dilectum familiaris accessus. Vos nunciate que nostis ex parte quanta sit amatorij virtus languo ris: q̄ sit fortis vt mors dilectio: q̄ sit vt infernus emulatio dura. Adiuro vos: vt annuncietis: quia amore langueo. Nō languet amor: sed languet amans. Ubi viget amor: ibi viget languor: si absit qꝺ amatur. Quid est languor/ nisi affectio quedam de absente dilecto amantem cō/ficiens? Amor vehemens patientis simꝰ afficit ⁊ carnem ⁊ mentem. Illius extin/guit lasciuiam: huius ⁊ leticiam perstrin git. Carnis extinguit motus: quodam tristi affectu ⁊ desiderio absentis dilecti. Languet caro: dum eius languidior ⁊ re missior motus efficitur Languet animꝰ

dum estuantis voti nimietate conficitur
Carnis languor est motus eius vt nul/
lus perexiguus. Anime languor est mo
tus eius nimius. Nonne eo ipso caro cõ
ficitur quo mens abstracto amore ĩ alia
quedam auertitur? Carnis motus non
sentitur: dum animus sentitur vehemen
tior factus. Vix sustinetur aliquotiens
quidem nec sustineri potest: quando ni/
mius exestuans amor: patientis animi
vires exhaurit. Que est enim humane
mentis fortitudo vt sustineat: cum eam
ille celestis amor sponsi impatienter exa/
gitat. Liquefactus in hac exercitatione
se fugit animus: amoris violentiam fer
re non valens. Sic enim in consumpta
materia etiam sufficienter: languidiora
redduntur ignis incendia. Et deus no/
ster ignis consumens est. Sentit omni
no vim sermonis huius qui vehementi
ori languet affectu: in meditatõne dei sui
A delectatus ⁊ exercitatus ⁊ deficiens. ¶ O
potens ⁊ prepotens passio charitatis. si
non temperatur non tolleratur. Iure po
tens que animum quem possederit: sui/
ipsius efficit impotem. Cum semel fue/
rit accensa in mente: attingit a fine vsq̃
ad finem fortiter. facit ad quod venit et
prosperatur ⁊ crescit. nec deficit: donec
deficientem reddiderit animam. Sicut
enim hic corporalis languor non est sem
per equalis vehementie: sed est aliquoti/
ens eius intensior passio. sic et amoris
affectio: ⁊ si iugi desiderio se tendit in di/
lectum: aliquando quidem intensioribꝫ
votis exestuat: hora orationis maxime.
Tunc quidem languet amans: quia spi
ritus vehemens pertransit in illo et non
subsistit. In exitu hore illius dicere po/
test. Filie Hierusalem nunciate dilecto
quia amore liquesco. Ante hanc horam
languor est: sed in exitu eius in liquefac/
tionem vertitur languor. Ideo cum tu
oras: non sinas animum fluctuare: non
declinare ad alia: vt cum felici fuerit hac
passione tactus: ad illam se stringat do/
nec plenius inficiatur ⁊ percurratur ⁊ cõ
summatur. Non enim desinet quousq̃
totum percurrat / et ebibat hominis spi/
ritum. Sic vir desideriorum elanguit
Daniel ex visione celesti / vt nihil viri/
um remaneret in ipso. Cum pertransi
erit illa vehemens passio: ad tollerabi/
liorem quendam ⁊ humanum magis
languorem sponsa redit: qui ei continu
us est: qui tam concitatus non est. bu
ic plane: ⁊ si non deficit: tabescit tamen
absentis amore dilecti. Bonus hic lan
guor per quem carnalis affectus se lan
guide mouet. Aliud est si impetus car
nis fortiter surgens: fortiore superueni
ente reprimitur. Aliud si languens et
quasi expirans: moribundo pulsu mol
liter tentat. ¶ Sentio adhuc alios quos B
dam languores molestos: omnes vti/
les tamen. languorem timoris. languo/
rem tedij. languorem tristicie. Quid ni
consummar timore ⁊ merore pre consci
entia nequiter trãsacte vite. tedio in ima
gine transeuntis vite. Uniuersa enim
vanitas omnis homo viuens. Utinam
tibi domine alique filie Hierusalem nũ
cient languores meos: si qui sunt in me
qui commendari tibi digni sunt. Nam
multi sunt in me indigentes curari. O
me felicem si aliquis centurio dicat tibi
Domine puer meus iacet paralyticus
in domo: ⁊ male torquetur. Utinam
domine statim respondeas. Ego veni
am ⁊ curabo eum. Dic domine verbo
⁊ sanabor. Verbo enim ades / quia ver
bum es. Magna curationis virtus in
verbo. ⁊ quod tu es domine / ⁊ quod a
te per tuos est. Sensit hoc Centurio
qui dixit. Domine dic tantum verbo /
et sanabitur puer meus. Sed vacuus
est tamen omnis sermo docentis: si tu
domine intus non loqueris. Dic ver/
bo ⁊ sanabitur languor meus. forte ⁊ ge
nerabitur in me languor / siue vehemens
et concitatus / siue hic continuus ⁊ tem
peratus / nisi q̃ in eo iste continuus non
est: q̃ frequenter non reuertitur ad ipsũ
propter incontinentiam ardentis desi/
derij exercens ⁊ non se compescens.
Non conuertitur donec deficiat iterum
Si ad horam diligis: ⁊ post horam de
sistis: non est amor. Si diligis: et q̃

amore absentis dilecti non tabescis: nõ est languor. Ut ergo amor languor sit: habeat vtrumq; / ⁊ continuationem et confessionem. Nunciate (inquit) dilecto / quia amore langueo. Qui infirmitatis sunt languores: nunciari volunt medico: qui dilectionis sunt amico. Illi quidem vt curentur. Isti autem vt recreentur. Emulamini fratres meliorez habere languorem: quem sicut absentãtis se dilecti desiderium creat: sic se presentantis delectatio recreat domini Jesu sponsi ecclesie ⁊ anime sancte. Qui viuit ⁊ regnat per omnia secula seculorum Amen.

Sermo. xlvi.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcerrima mulierum? qualis est dilectus tuus / quoniam sic adiurasti nos? Magno profuse videntur affectu interrogationes iste tam vehementes. Arbitror in filiabus hierusalem ex confabulatione sponse languentis: similem languorem aut creatum vt sit: aut excitatum vt acutior sit. Et in sequentibus dicunt. Quo abijt dilectus tuus. et queremus eum tecum: quasi dicant. queremus tecum: participium inuentionis optãtes ⁊ sibi. Magna vtriusq; humilitas ⁊ in sponsa ⁊ in filiabus Hierusalem. Illa se rogat commendari sponso. Iste se instrui rogant de sponso. nec simpliciter. sed illa cum adiuratione: he cum ingeminatione. Non est enim leuiter rogantis vel ꝙ illa adiurat vel ꝙ iste ingeminant. Qualis est (inquiunt) dilectus tuus ex dilecto? Qualis est dilectus tuus: quoniam sic adiurasti nos? Utiliter adiurate sunt: que sic animate sunt. Non est exigua sancte collationis vtilitas. Verbo ⁊ qui caritatis languor generatur: ⁊ qui infirmitatis curatur. Nouit Centurio vim medendi efficacem in verbo. Ideo dicit. Dic tantum verbo. Bonum est si dicantur verba: sed nihilominus bonum est si scribantur verba. Volat eim irreuocabile verbum nisi scripto mandetur. Scriptura verbum et stabile facit ⁊ visibile. mandatum pagine: reposcetur cum voles. Bonus repositarius est liber: integre quod acceperit resignans: cum voles sumes / vbi voles leges. quãdiu voles moraberis. scriptura memorie reparatrix est. Tuto verbi medicamenta illic condis: Seruantur enim illesa. Si ꝟbum medendi vim habet cum dicitur: cur non habet cum legitur. Si bona curatio cum dicis. cur non bona cum legis. Non curetur hoc modo languor meus. hoc est dicere. qui primo audit: verbi vtilitatez capiat ad posteros: ⁊ longe positos non pertingat. vbi primo sonat ibi suffocetur. exhauriatur omnis eius commoditas auditu primo. eterno prematur silentio. Non iterum cadat in terram bonam vt fructum faciat. Hoc medicamentum qui primus acceperit: conualescat eger virtutem eius post illum persentiat nullus. ¶ In piscina illa post aque motum sanabatur vnus. sed in vno illo signata est charitas / nõ singularitas. Post primum curatum / non est dictum de piscina illa. Exinanite exinanite vsq; ad fundamentum in ea. aque salutaris nec vestigium maneat. Bonus aque motus disputatio et exagitatio sacre pagine. Bene enim mouetur: cum prudenti vẽtilatione ad spiritualem promouetur ĩtellectum. Bene mouetur cum eius discussione auditor promouetur. Sicut medicamentum / sic ⁊ cibus est verbuz. Et quomodo dicitis: cibus quem vos operamini pereat: non permaneat. Sz tamen non est passim omnibus hec permittenda licentia. nec aque motus sanabat nisi cum angelus descendens tẽpore suo monuisset eam. Ille vtiq; angelus cuius labia custodiunt scientiaz / ex cuius ore est exquirenda legis sciẽtia Ergo (quod quidem fatendum est) magna texendi verbi salutaris vtilitas: sed cum alicui hoc opus ꝑmittit vl' magis